

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Christoph Cellarii erleichterte Lateinische Grammatik**

**Cellarius, Christoph**

**Leipzig, 1786**

**VD18 13013459**

Vsvs Conivgationvm.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15329**



Seruus meus est laboriosus. Labor ferui mei est durus.  
 Leges vr̄bis nondum sunt scriptae, seu promulgatae.  
 Genus est nobile. Nobilitas huius generis est antiqua.  
 Mater mea est pia, ac proba, sicut tua.  
 Mei libri sunt bene compacti, vt tui.  
 Noster ager est valde amoenus. Eximia est huius agri  
 amoenitas.  
 Hortus meus est viridis. Mea auris est aperta.  
 Mea manus est sublonga. Vestrum facinus est pessimum.

## VSVS

## CONIUGATIONVM.

## FORMVLAE cum VERBO SVM.

## PRAESENS INDICATIVI.

*Sum* homo, (vel) ego *sum* homo. *Sum* diligens, ignauus,  
*Es* ciuis, (vel) tu *es* ciuis. *Es* humanus.  
 Ego *sum* celer, tu *es* tardissimus.  
 Tuus pater *est* laboriosus rusticus. Mea mater *est* labo-  
 riosa rustica.  
 Tuum corpus *est* macilentum. Oua gallinae *sunt* rotunda.  
 Hic ager *est* meus. Haec sella *est* tua. Hoc scamnum *est*  
 nostrum.  
*Sumus* in agro. *Estis* in vr̄be. Illi *sunt* in horto.  
 Nos *sumus* probi. Vos *estis* improbi. Illi *sunt* fideles.  
 Nos *sumus* prudentes. Vos *estis* imprudentes. Illi *sunt*  
 diligentes.

## Imperfectum.

Heri *eram* in agro, sed non *eram* sedulus.  
 Cur hodie non *eras* in schola, nec in templo *eras* attentus?  
 Mea mater *erat* in horto, et *erat* assidua in labore.  
 Nos *eramus* in schola, *eramus* diligentes. Nos *eramus*  
 etiam in agro sine labore.  
 Vos *eratis* negligentes in schola.  
 Illi *erant* in coena sobrii et temperantes.

Per-



## Perfectum.

Heri non fui in schola, vt tu fuisti.  
 Meus pater fuit in curia, mea mater fuit in culina  
 Hodie fuimus modestiores, quam heri eramus.  
 Quia vos fuistis in foro, nos non fuimus ibi.  
 Fuistisne in schola? Non fuimus.  
 Nonne hi libri fuerunt tui? Fuerunt. Sed nunc sunt mei.

## Plusquamperfectum.

Fueram ante annum domi, et fueram assiduus in labore.  
 Heri fueras in vrbe, et pater fuerat tecum.  
 Nuper fuerat patruelis meus in curia apud praectorem.  
 Helterno die fueramus edocti a praeceptore.  
 Ante tres dies fueratis diligentes et laudabiles.  
 Serui nudius tertius fuerant in silua cum equis.

## Futurum.

Cras ero diligentior, et ero pius in patrem.  
 Hodie mecum eris in paradiso, est vox Christi ad latronem.  
 Quando frater erit diligens, qui nunc est piger?  
 Num post tres dies erimus apud te in coena?  
 Cras eritis apud patrem meum.  
 Nulli ignaui pueri erunt docti.

## CONIUNCTIIVS.

## Praesens.

Praeceptor me hortatur, vt *sim* diligens et pius.  
 Pater optat, vt hodie *sis* in schola.  
 Rex vult, vt cuius *sit* modestus.  
 Pater hortatur nos, vt *simus* probi et diligentes.  
 Mater monet vos, vt *sitis* in vestitu elegantes.  
 Deus praecipit, vt homines *sint* sancti, sicut ipse est.

## Imperf. Perf. Plusquamperf. et Futurum.

Praeceptor me (te, illum, nos, vos, illos) hortatus est, vt  
*essem* (*esses, esset, essemus, essetis, essent*) dili-  
 gens, (*diligentes*.)  
 Licet fuerim (*fueris, cet.*) ignauius, (*ignai,*) tamen nunc  
*sum* (*es, cet.*) diligens, (*diligentes*.)  
 Si fuisset (*fuisses, cet.*) in templo, *essem* (*esses, cet.*) magis  
 pius, (*pui.*)

N 2

Si



## Futurum.

Si *amauero* (*veris, verit*) iustitiam, laudabis me (te, illum.)  
 Si *laudauerimus* (*veritis, verint*) praeceptorem, ille nos  
 amabit.

## IMPERATIVVS.

*Ama*, (*amato, ate, atote, anto*) non solum qui te (vos)  
*amant*, sed etiam qui oderunt.

## INFINITIVVS.

Video te *amare* bonas artes, et audiui, te nunquam *ama-  
 uisse* ignauiam, itaque spero, te etiam in po-  
 sterum semper diligentiam *amaturum esse*. Au-  
 diui, vos Deum *amare, amauisse*, itaque ipse est,  
 vos eundem etiam semper *amatuos (as)* esse.

## GERVNDIA.

Est quidem saepe occasio *peccandi*, sed semper est necessi-  
 tas Deum *amandi*. Homo impius non est  
 aptus *ad Deum amandum*. Omnia *conando*  
*docilis* solertia vincit.

## SVPINA.

Venio *salutatum* praeceptorem, dum redeo *obsonatu*.  
 Praeceptor est dignus *amatu*.

## PARTICIPIA.

Puer *amans* virtutem semper laudatur. *Amaturus* virtu-  
 tem, Deum antea amet.

## PASSIVVM.

## PRAESENS INDICATIVI.

*Amor* a patre, quia me diligentem esse putat.  
*Laudaris* a praeceptore, si probus et diligens es.  
*Lectio recitatur* a discipulis, quos praeceptor laudauit.  
*Laudamur* saepe tantum ab iis, quos nos laudamus.  
*Amanini* a Deo in omnibus calamitatibus.  
*Mane salutantur* patroni a clientibus.

## Imperfectum.

*Laudabar* heri ob diligentiam meam.  
*Amabaris* a parentibus ob modestiam tuam.

Frater